



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE SVMMO PON=||TIFICE,|| QVINQVE LIRBRIS|| EXPLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

VII. Soluuntur obiectiones ex ratione petitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53860](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-53860)

## CAPVT VI.

*De Pontifice, ut est particularis quædam persona.*

**V**ARTA propositio. Probabile est, pieq; credi potest, summum Pontificem, non solum ut Pontificem errare non posse, sed etiam ut particularem personam hæreticum esse nō posse, falsum aliquid contra fidem pertinaciter credendo. Probatur PRIMO, quia id videtur requirere suavis dispositio prouidentiæ Dei. Nam Pontifex non solum non debet, nec potest hæresim prædicare, sed etiam debet veritatem semper docere; & sine dubio id faciet, cùm Dominus illi iussit confirmare fratres suos, & propterea addiderit: *Rogavi pro te, vt non deficiat fides tua;* id est, ut saltē non deficiat in throno tuo prædicatio veræ fidei: at quomodo, quæso, confirmabit fratres in fide, & veram fidem semper prædicabit Pontifex hæreticus? potest quidem Deus ex corde hæretico extorquere veræ fidei confessio nem, sicut verba posuit quōdam in ore asinæ Balaam: at violentum erit, & non secundum morem prouidentiæ Dei suavitatis disponentis omnia.

SECUNDO probatur ab euentu; nam hactenus nullus fuit hæreticus. vel certè de nullo probari potest, quod hæreticus fuit; Ergo signū est non posse esse. Plura vide apud Pighium.

## CAPVT VII.

*Soluuntur obiectiones ex ratione petitæ.*

**R**GVMENTA in contrarium sumuntur partim ex ratione, partim ex variis Pontificum exemplis.

**P**RIMARATIO. Multi canones docent, Pontificem non posse iudicari, nisi inueniatur à fide deuius; ergo potest deuiare à fide. alioqui frustrâ essent illi canones.

Antecedens patet ex canone, Si Papa, dist. 40. ex Concilio V. sub Symmacho, ex Concilio VIII. generali, auct. 7. ex Anacleto epistola 3. Eusebio epist. 2. ex Innocentio III. in serm. 2. de consecratione Pontificis.

Respon-

Respondeo P R I M O ; istos omnes canones loqui de emere  
Pontificis personali, non iudicali. Nam Pontifex si posidet  
se hæreticus, solum erit negando aliquam veritatem anima  
definitam; non autem potest esse hæreticus, dum ipse aliquid  
noui definit. tunc enim non sentit contra aliquid definitum  
ab Ecclesia. Canones autem citati loquuntur expresse de la-  
resi; igitur non loquuntur de errore iudicali, sed personali  
Pontificis. S E C V N D O dico; canones illos non velle dicere,  
Pontificem etiam ut priuatam personam possit errare, sed mu-  
tum non posse Pontificem iudicari. quia tamen non est  
nino certum, an possit necne esse hæreticus Pontifex vel  
maiorem cautelam, addunt conditionem, nisi fiat heres.

„ S E C V N D A ratio. Si solus Pontifex potest infallibiliter  
„ finire dogmata fidei; ergo frustra sunt Concilia; vel certa  
„ sunt necessaria.

R E S P O N D E O , id non sequi. Nam etsi in Pontifice in-  
fallibilitas, tamen non debet ipse contemnere media huma-  
na, & ordinaria, quibus deueniri potest ad veram rei cogni-  
tionem, de qua agitur. medium autem ordinarium est Con-  
cilium maius aut minus, pro magnitudine, vel parvitate  
de qua agitur. id quod patet primo exemplo Apostolorum.  
Nam certe tam Petrus, quam Paulus poterant enim sibi  
quamlibet controversiam infallibiliter definire, & tamen  
Concilium conuocauerunt, Actor. 15.

Deinde definitiones de fide pendent præcipue extraordi-  
næ Apostolica, & consensu Ecclesiarum: vt autem cognoscatur  
de orta aliqua quæstione, quæ sit totius Ecclesiæ ten-  
tia, & quam traditionem seruent Ecclesiæ Christi, nondiu  
lia melior ratio, quam si in unum conueniant Episcopio vo-  
mnibus prouinciis, & quisque referat Ecclesiæ suæ conuoca-  
dinem.

Præterea, utilissima sunt, & sapientia necessaria Concilia, ut his  
reuera imponatur controversiis, & decretis de fidibus. fo-  
lium sicut, sed etiam seruentur. quod enim fit generale Con-  
cilium, omnes Episcopi subscribunt, & profitentur se ample-  
cti illud decretum, & sic deinceps in suis Ecclesiæ prædicatu-  
ros: quando autem non fit generale Concilium, non est tam  
facile, reducere ad prædictum de fide factum. Siquidem  
nonnulli ignorantiam decreti prætexunt; alij conqueruntur  
se non

se non fuisse vocatos; alij etiam apertè dicunt, Pontificem potuisse errare. Sed de hac re alio loco dicendum est. Vide lib. I. de Conciliis, cap. X. & XI.

**TERTIA RATIO.** Si infallibile esset Pontificis de fide iudicium; essent hæretici, vel saltem perniciose errore tenerentur, & grauiter peccarent, qui pertinaciter contra definitionem Pontificis aliquid assererent: at hoc est falsum; nam Cyprianus pertinaciter restitit Stephano Pontifici definiti hæreticos non rebaptizandos, ut patet ex epistola eiusdem Cypriani ad Pompeium: & tamen non solum non fuit hæreticus, sed neque mortaliter peccauit. Nam mortalia peccata non delentur nisi per pœnitentiam, etiam si quis pro fide moriatur: & tamen Ecclesia Cyprianum ut sanctum colit, qui non videtur unquam resipuisse ab illo suo errore. Et confirmatur ex Augustino, qui lib. I. de Baptismo, cap. 18. & alibi, dicit, Ecclesiæ nutasse de illa quæstione, & potuisse Cyprianum, & alios salua caritate dissentire inter se donec non accessit generalis Concilij definitio: ergo nō putauit Augustinus indubitatum esse Romani Pontificis iudicium.

**R E S P O N D E O** ad exemplum Cypriani; Cyprianum quidem non fuisse hæreticum; tum quia nec modo censentur manifestè hæretici, qui dicunt Pontificem posse errare; tum etiam, quia sine dubio Stephanus Papa non definiuit tanquam defide, hæreticos non rebaptizandos, licet iusserit non rebaptizari; ut patet ex eo, quod non excommunicauit Cyprianum, & alios contrarium sentientes, sicut etiam è contrario Cyprianus in Concilio LXXX. Episcoporum definiuit hæreticos rebaptizandos, tamen noluit hoc haberi tanquam de fide, disertè protestans, non propterea velle se separare ab iis, qui contrarium sentiebant.

Neque his repugnat, quod, ut scribunt Eusebius lib. 7. hist. cap. 4. & Augustinus libro de unico Baptismo, cap. 14. Stephanus Papa non solum imperauit, ne rebaptizarentur ab hæreticis baptizati; sed etiam censuit excommunicandos qui non obedirent. Nam etsi censuit excommunicandos qui non obedirent; tamen nihil illud fuit aliud, quam comminatio. Constat enim ex Vincentio Lyrinensi in libro de prophanis vocum nouitatibus, & ex Augustino locis citatis, semper coniunctos fuisse Stephanum & Cyprianum.

Et

Et per hoc respondeatur etiam ad confirmationem. Nam post Pontificis definitionem adhuc liberum alterire, ut Augustinus dicit; quia Pontifex noluit rem ipsam fide facere sine generali Concilio: sed solum voluit inveni seruari antiquam consuetudinem. An autem peccauerit Cyprianus mortaliter non obediendo Pontifici, non est omnino certum. Nam ex una parte non videtur mortaliter perfidus, quia non peccauit nisi ex ignorantia; putauit enim Pontificem perniciosè errare: & stante illa opinione, tenebamus non obedire; quia non debebat contra conscientiam agere. Ignorantia autem Cypriani non videtur fuisse crassa, sequitur affectata; sed probabilis, & proinde excusans à mortaliter peccato. Ipse enim sciebat Pontificem non definiuisse tanquam fide, & simul videbat secum sentire Concilium LXXX. Episcoporum. Quocirca B. AUGUSTINUS lib. I. contra Donatistas, cap. 18. clare docet, Cyprianum venialiter solum peccatum, & salua caritate; & ideo falce martyrij facile purgatum. cap. 19. dicit hoc eius peccatum fuisse quasi natum in cruce sanctorum animæ, quem vbera caritatis congebant.

Ex altera tamen parte videtur mortaliter peccatum, cum præcepto expresso Apostolico non paruerit, & sine modo Pontificem recte sentientem vexauerit. Nam et si Stephanus non definiuit rem illam tanquam de fide, tamen subiiccepit, ut non rebaptizarentur haeretici, ut Cyprianus impetratur in epistola ad Pompeium: cui mandato parere debuit Cyprianus, & subiictere iudicium suum iudicio superioris sui. Saltem debuit non proferre verba contumeliosa, qualia populit contra Stephanum Papam in epistola ad Pompeium, qui vocat eum superbum, imperitum, cæcæ ac prauæ mentis. Itaque B. Augustinus in epist. 48. ad Vicentium, aliter contetur Cyprianum defendere, afferens, vel non esse ipsius illa scripta, vbi hæc inueniuntur; vel eum postea penituisse erroris, & mutasse sententiam ante mortem, licet retractatio non inueniatur.

**QVARTA ratio.** Concilium Africanum in epistola ad Cœlestinum Papam asserit, minus posse errare Concilium provociale in iudicio, quam Romanum Pontificem: Nisi forte, inquit, quisquam est, qui credat, & inicuus libet posse Denunstrum examinis inspirare iustitiam, & innumerabilibus emigrat.

gregatis in Concilium sacerdotibus denegare. At certum est  
Concilia prouincialia posse errare; igitur multò magis Papa  
errare potest.

**R E S P O N D E O;** Concilium loqui non de iudicio fidei, sed  
de iudicio facti; id est, de caussis Episcoporum, & Presbytero-  
rum, qui de aliquo crimine accusantur. In huiusmodi autem  
caussis fatemur non habere Pontificem assistentiam Spiritus  
sancti, per quam non possit errare. Adde, quod non necessariò  
tenemur credere quidquid in ea epistola Episcopi illi dicant:  
præsertim, cùm satis appareat eos cōmotos sceleribus Apia-  
rij, qui ad Romanū Pontificem confugerat, modum in ver-  
bis non nihil excessisse. Neque obstat, quod Concilium Afri-  
canum sit confirmatum à Leone IV. dist. 20. canon. de libellis.  
Nam confirmata sunt decreta Concilij, non autem epistola.

**V L T I M A** ratio est Nili in suo libello de primatu, qui hoc  
modo ratiocinatur. Potest Romanus Pontifex incidere in a-  
lia vitia, vt auaritiæ, superbiæ, &c. igitur & in vitium hæresis.   
Nam 1. Timoth. 1. Paulus dicit, quosdam circa fidem naufra-  
gium fecisse, quia antea bonam conscientiam amiserāt. Item  
potest Papa malè viuendo factis negare Deum, iuxta illud  
Tit. 1. *Conseruent se nosse Deum, factis autem negant.* Igitur  
potest etiam verbo negare; nam facilius esse videtur verbo ne-  
gare, quām facto.

**R E S P O N D E O** ad PRIMVM argumentum; inde rectè col-  
ligi, posse Papā ex natura sua incidere in hæresim: non tamen  
posita singulari Dei assistentia, quam Christus oratione sua  
illi impetravit. Oravit autem Christus, ne deficeret fides eius;  
non autem ne incideret in alia vitia.

Ad SECUNDVM dico; Apostolum eo loco non intelligere  
quælibet mala opera, sed opera, quæ procedunt ab infidelita-  
te cordis. Loquitur enim de Iudæis non sincerè conuersis ad  
fidem, qui et si profiterentur se nosse Deum, tamen factis ne-  
gabant; quia prohibendo certos cibos, vt natura sua immun-  
dos, testabantur se non verè nosse creatorem omnium rerum.  
Porrò talia opera Papa nec facit, nec facere potest. Si verò per  
facta intelligantur quælibet peccata, falsum est, facilius esse  
Deum negare verbo, quām facto. Nam qui negat verbo, ne-  
gat simpliciter, & expressè; qui negat facto, negat implicitè,  
& quodam modo, non simpliciter.